Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

salem. Osee Propter pcta pro
phetarum eius & iniquitates sacer
dotum eius qui effuderunt in me
dio eius sanguinem iustorum.
Num Errauerunt ceci implate
is polluti sunt in sanguine suo. Cui
que intrare non possent tetigerunt hi
mas suas. Samech Recedite pol
luti clamauerunt eis recedite abite
nolite tangere. Iurgati quippe sunt
et commoti. dixerunt inter gentes non
addiuet ultra ut inhabitet in eis.
Ain Facies domini diuisit eos non
addet ut respiciat eos facies sacer
dotum non erubuerunt neque senum
miserti sunt. Phe Cum adhuc
subsisteremus deficerunt oculi nos
tri. ad auxilium nostrum uanum cui
respiciebamus attenti ad gentem q
saluare nos non poterat. Sade In
breuauerunt uestigia nostra ut non
ire platearum nostrarum appro
pinquauit finis noster. completi sunt
dies nostri quia uenit finis noster.
Coph Velociores fuerunt persec
utores nostri aquilis celi. super mon
tes persecuti sunt nos in deserto insi
diati sunt nobis. Res Spiritus
oris nostri christus dominus captus
est in peccatis nostris. cui diximus
In umbra tua viuemus in gentib;
Sin Gaude & letare filia edom
que habitas in terra austri ad te quoq;
pertransiet calix inebriaberis atque in
ebriaberis. Thau Completa est in
quitas tua filia sion non addet ultra
ut transmigret pte uisitauit iniq
tatem tuam filia edom discooperuit
peccata tua. Explicit lamentacio
Oro Jeremie prophete.

Recordare domine & inde q
acciderit nobis. Intuere &
respice opprobrium nostrum
Hereditas nostra uersa est ad alie
nos domus nostre ad extraneos. Pu
pilli facti sumus absque patre mres
nostre quasi uidue. Aquam nostram
pecunia bibimus ligna nostra pre
cio comparauimus. Cervicibus minaba
mur lassis non dabatur requies
Egypto dedimus manum & assyrius
ut saturaremur panibus. Patres
nostri peccauerunt & non sunt et
nos iniquitates eorum portauimus
Serui dominati sunt nostri non fuit
qui redimeret de manu eorum.
In manibus nostris afferebamus
panem nobis a facie gladii in deser
to. Pellis nostra quasi clibanus
exusta est a facie tempestatum fa
mis. Mulieres in sion humiliauit
et virgines in ciuitatibus iuda.
Principes manu suspensi sunt &
facies seniorum non erubuerunt. ado
lescentibus in pudice abusi sunt
& pueri in ligno corruerunt. Senes
de portis defecerunt. Juuenes de
choro psallentium. Defecit gau
dium cordis nostri uersus est in luc
tum chorus noster. Cecidit corona
capitis nostri. ve nobis quia pecca
uimus. Propterea mestum factum
est cor nostrum. ideo contenebrati
sunt oculi nostri. Propter montem
sion quia disperiit. uulpes ambula
uerunt in eo. Tu autem domine in